



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Pastorum Continens Doctrinas, & Industrias ad Pastorale  
Munus piè, fructuosè, ac securè obeundum pertinentes,  
Unà cum Casibus frequentiùs circa idem Officium  
occurrere solitis, & ex communiote ...**

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1678**

§. V. De Incitamentis Pastoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49267](#)

ritam, nam in quo quisque magis carnalis appetet, quam in tali vita? Venatorum enim vita nihil prater carnes sapit, in qua, dum quisque permanst, nunquam probatus est: nam, ut S. Hieronimus dixit, nunquam Venatorem legimus Sanctum, cuius dicti rationem esse putat Barbosa de off. Paroch. c. 6. n. 32. quia Venatores miserandam in animalibus exercendo carnificinam, multum inde sanguinariae crudelitatis assumunt, & sic mentem induunt ab omni pietate alienam: his tamen non obstantibus Venationem cum silentio & modestia, recreationis gratia licet interdum à tali Pastore exerceri, idem Auctor cum pluribus à se citatis concedit, quod à fortiori locum habet, si in tali venatione Spectator tantum assistat, ut Principes faciunt.

Qu. 4. *An piscatio & ancupium quoque licet à Pastore exercentur?* R. Barbosa l. 2. c. 36. de pescatione dubium esse non posse, cum ipsi Apostoli exercuerint, modò illa diebus festis non suscipiantur, neque assidue exercentur: non enim Apostoli, inquit citatus Auctor, assidue vacabant pescationi, sed relictis retribus secuti sunt Christum. Idem de auxilio dicendum videtur, maximè si sine sclopetis capiantur aves; nam armorum usus passim in Jure Canonico Cap. Clerici. 2. de vita & honestate Cleric. Clericis prohibetur, cum eorum arma, orationes & lachrymæ esse debeant. Quod, si vero interdum Pastores sine scrupulo ejusmodi sclopetis uti videantur, id per tolerantiam & dissimulationem potius, quam per approbationem fieri censendum est;

§. V.

*De Incitamentis Pastoris.*

Qu. 1. *Quibus incitamentis excitare se debet Pastor ad functiones pastorales recte & alacriter obeundas?* R. ea bene & breviter explicasse Concionatorem illum, qui in primitijs Neomystæ cujusdam eidem nomine Auditotum pro honori & nuptiali munere ovem auream à triplici funiculo itidem aureo dependentem obtulit; per ovem quidem significans potissimum Pastoris officium, quod est, oves suas pascente & custodiare; per triplicem vero funiculum triplex incitamentum, quo potissimum Pastor Zelum Pastoralem in se excitare debet, scilicet amorem DEI, Proximit, & sui ipsius.

E 2

Qu. 2.

Qu. 2. *Quomodo per amorem DEI excitare se debet?*  
 ita ut Parochianos suos velut oves cœlestis Pastoris conser-  
 vans, certò sibi persuadeat, quantum dilectionis illis impo-  
 derit, tantum se ipsi DEO exhibere juxta illud Christi ch-  
 ristum, Matth. 25. *Quandiu fecisti uni ex minimis meis, me*  
*fecisti.* Hinc merito imaginari potest Pastor, Christum  
 ad S. Petrum Jo. 21. olim prolatis verbis se alloquente:  
*Pastor, diligis me? & si quidem affirmet, subijcentem:* *Ite*  
*agnos meos, id est, teneram adolescentiam tibi concendi*  
*quia ab illius bonâ instructione salus ejus potissimum de-*  
*pendet: Cùm Salomonem teste Prov. 22. adolescentis iuxta via-*  
*suam, etiam cùm senuerit, non recedat ab ea. Deinde hec*  
*quærentem: Pastor, amas me? dùmque ipse iterum respon-*  
*dit: Domine, tu scis, quia amo te, subijcentem: Paſtor,*  
*meos, id est, ipsam etiam paulò adultiorem juventutem*  
*tua commissam. Et tandem tertio quærentem: Paſtor, amas*  
*me? & si responderit: Domine, tu scis, quia amo te, item*  
*centem: Paſtor oves meas, id est, Conjuges, quæ velut oves*  
*agnos pariuat, & generant. Quò ergo fidelius hanepromi-*  
*sionem impleverit, tanto abundanter se DEUM dilectum*  
*& ab eo vicissim dilectum iri certò sibi persuadeat.*

Qu. 3. *Quomodo se per amorem Proximi excitare debet?*  
 si meminerit, quām pretiosæ oves sibi commissa in  
 quam quidem præstantiam ex triplici testimonio collig-  
 poterit. Primo, ex confessione ipsius d'amonis, qui, ut ostendit  
 Brigitta vidit, in judicio quæsitus, cur animas cum tantam  
 intentione accusaret, sibique adjudicari peteret? fassis ei  
 majore impetu ferri in perniciem earum, quām torrevo-  
 lensus cursum suum peragat; iterumque interrogatus,  
 faceret respondit. Quia tu illas tantopere amas. Secundo  
 ex Sanctorum testimonio; nam, ut B. Furso Angeli olim  
 xerant, unicam in Cœlo tristitiam Beatis nasci de peregrinatione  
 animarum; & quid mirum? si enim S. Catharina in au-  
 etiamnum existens, visa semel animæ pulchritudine, do-  
 lata est terram Operariorum pedibus calcatam; si S. Berna-  
 nicus in fructu se secari: si Moyses de libro Vitæ deleri: Si  
 Iulus anathema pro suis ovibus fieri voluit, quid mirum  
 nunc in cœlis, ubi cognitionem innumeris partibus clausam  
 rem de præstantia animæ nacti sunt, tantam de ea afflita-

nem conceperint. Tertiò, ex Christi testimonio, quis enim, si consideret, quanta is egerit, & passus sit, etiam pro quavis anima seorsim accepta, non summum inde pretium colligat? Hinc rectè S. Ludgardi vulnera ostendens dixit: Vide filia, quomodo hæc vulnera clament, & efflagitent, ne finas ei me frustra pro peccatoribus obtulisse, sed lachrymis & afflictionibus corporis offensum Patrem placate studeas. Breviter & nervosè complexus est hæc omnia S. Gregorius Nazianzenus orat. i. dicens: *Huc magna lex tendit. huc inter Christum & legem interiecti Prophetæ: huc spiritualis legis perfectior & finis Christus: huc exinanita Deitas: huc assumpta ero: huc nova illa mixtio, DEVS, inquam, & homo, arquebec omnia propter omnia. & pro uno illo generu nostri principio in unum coierunt. Quid multis? sic DEUS dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret. & quid in mundo, nisi id, propter quod factus est mundus?*

Qu. 4. *Quomodo per amorem sui ipsius ordinatum excitare se debeat Pastor?* R. si certò sibi persuadeat, curam animarum, quam sedulò gesserit, esse optimum & efficacissimum medium ad salutem & Beatitudinem, certius, abundantius, & citius consequendam. Et primò quidem eam certius consequetur, quia si Christus Luc. 6. dixit: *Quā mensurā mensi fueritis, eādem remetietur vobis:* cur optimam de salute sua spem non concipiat, si meminerit, se tot animarum salutem tam sedulò procurasse, & hoc ipsum beneficium Christum, non aliter, ac si sibi ipso collatum fuisset, accepturum & remuneratum? Sed & secundò citius consequetur, transchendo ad illam sine omni aut longo certè purgatorio; si enim Confessorius ille, de quo Joannes major in magno speculo exemplum V. Confessio. ex. 18. refert, ob confessiones pauperum libenter auditas, non modò misericordiam in extremo agone consecutus est, sed inter brevissimum etiam tempus per orationes & lachrymas suorum pœnitentium liberatus est; quidni candem & majorem gratiam sporet Pastor, qui non confessiones modò suorum Parochianorum cum magna charitate exceptit, sed alia etiam multa dilectionis Christianæ officia consimili promptitudine exhibuit? *Abundantiū deinde tertio consequetur, quia si in hæc etiam mundo, quantum digniora sunt officia, tantò majus quoque salarium offerri solet;*

solet; quantum mercedem à liberalissimo D E O accep-  
olim est Pastor, qui officium officiorum omnium diuin-  
mum cum magna sedulitate Zeloque administravit: hi  
olim Rex Ægypti Gen. 47. postquam audivit Frans  
phi Pastores esse, dixit Josepho: *in optimo loco fac enie-  
re, & trade eis terram Gessen:* Quantò magis DEVS ex-  
cum veritate olim in judicio dicere poterunt; Pastores  
sumus, & fuimus: *in optimo cælestis Gessen loco habu-  
cier:* si ergo Jacobo Patriarchæ tot anni in custodienti  
pascendis ovibus consumpti, pauci videbantur p[ro]p[ri]etate  
ergo Rachelem magnitudine; & quia certum ovium num-  
rum ei promisit Laban, ut Gen. 29.c. legitur; quoniam  
omnem laborem & difficultates leves putabit Pastor qui  
minerit, Abi fruitionem pulcherrimæ Divinitatis, &  
vium præstantissimarum lucrum pro ijs promissum est  
quām iuxPLICABILE gaudium olim percipier Pastor cui  
estu tot animarum in DEO exultantium, suōque labori  
deductatum, idēque summas Liberatori & Benefac-  
trates per totam æternitatem persolventium.

## §. VI.

## De Periculis à Pastore fugiendis.

**Qu. 1.** *Quæ pericula maxime Pastori fugienda sunt?*  
præcipue. Primò otium; quia docet omnem malitiam.  
eundò, luxuriam; quia assert summam infamiam. Te-  
nacitatem; quia tollit Pastoris Gloriam, quæ in eo confi-  
ut dici de eo possit, quod olim de tribu Levi Deut. 10.  
stum est, quod scilicet non habuerit partem (id est, pri-  
possessiones) cum Fratribus suis, quia ipse Dominus pos-  
eius erat.

**Qu. 2.** *Quæ media ad otium prescribendum adhibentur  
debeat?* **R.** sequentia. Primò, magnam temporū ap-  
petitum, utpote quo juxta SS. Patres nihil est pretiosius, inde  
irreparabilius: à Pastore autem tanto magis estimantur  
ligerentiū custoditi debet, quanto præstantiores sunt  
Pastoralis functiones, pro quibus perficiendis tam  
tempus illi concessum est, ut adeò præ aliis saluberrimi  
clericastici cap. 14. sententiam in mente habere debent.